

Diplomatari de la Parròquia de Sant Cebrià de Valldoreix I (1047-1447)

Seminari permanent de Paleografia

Responsable i coordinador: Avel·lí André i Gabian

Membres del Seminari: Àngel Martínez, Araceli Coll, Carles Raurell, Carme Francitorra, Josep Climent, Enric Ximenis, Dolors Buxó, Ferran Manau, Isabel Lobo, Josep M^a Bosch, Juan José Cortés, Pedro Plaza, Marta Planas, Miquel Domingo, Pilar García, Puri Fernández, Raimon Jordi i Rosa Salvadó.

Resum: El present estudi se centra en la transcripció de la documentació de la parròquia de Sant Cebrià de Valldoreix entre 1047 i 1447.

Paraules clau: Parròquia de Sant Cebrià, Valldoreix, paleografia, diplomatari.

Resumen: El presente estudio se centra en la transcripción de la documentación de la parroquia de San Cebriá de Valldoreix entre 1047 i 1447.

Palabras clave: Parroquia de San Cebriá, Valldoreix, paleografía, diplomatario.

Abstract: The present study focuses on the transcription of documents of Sant Cebrià de Valldoreix' parish, between 1047 and 1447.

Key words: Parish of Sant Cebrià, Valldoreix, Paleography, diplomatarium

Résumé: Cette étude porte sur la transcription de la documentation de la paroisse de Sant Cebrià de Valldoreix entre 1047 et 1447.

Mots clés: Paroisse de Sant Cebrià, Valldoreix, paléographie, diplomataire

1047, octubre, 18

Acta de consagració, extreta d'una dotalia, de l'església parroquial de Sant Cebrià, al lloc anomenat antigament Aqua Longa, al Vallès, dins del comtat de Barcelona.

A Original: perdut

B Trasllat de 1565, abril, 12: APSCV, doc. 1, Pergamí, 311 x 512 mm

Còpia feta per Jaume Massaguer, notari de Barcelona, a petició del rector Pere

*Montclús. Not. dors.: Acte de la consagracio de la iglesia parroquial de Sant Cypria
de Aqua Longa nunc Valldore[.] || del reptor Valldore[.] || [...]odalia de la parroquia de
Valldo[...] de [consagracio] en lo any 1.047*

/¹ Cum omnipotens Dominus et Redemptor generis humani condoleret nostre fragilitati, misit filium suum, Dominum et Saluatorem, in vterum Beate et incomparabilis Dei genetricis Mariae, ut verus homo de vera ho- /² mine natus noua porrigerit naufraganti mundo precepta; eaque, duodenis irradiatae fulgoribus, seculo firmaret futuro, quibus per diuersa dymata cosmi coruscantibus actum diuino foret decernitur nutu ut ad Christi Dei altitroni mixtum basi- /³ licae per vniuersum fabricarentur telluris orbem et in eisdem regenaerati aqua sacrosancti et salutaris lauaci anime fidelium, per eundem Dominum ac Saluatorem nostrum Iesum Christum adipisci mererentur Regna Celorum. Inter quas, /⁴ extat quedam ecclesia, apud committatum Barchinone, in Valense, in loco vocato Aqua Longa, in honorem domini nostri et Beatissimi Cipriani episcopi et martyris edita, que consacratur a dompnio Giliberto, condignae reuerentiae Sanc-/⁵ tae sedis Barcinonensis ecclesiae presule. Etenim, ut hec dotalis conditio toti eternitatis debito valitura robore persistat et suorum fines prediorum, tam presentibus quam etiam futuris, patescant et ut cuncta, que sibi pridem conferta sunt pre- /⁶ dia et que sunt adhuc a quibusunque fidelibus conferenda, anathematis a predicto presule vinculis initantur, ne ab eo dampnантur, et ut in eius iure sacris canonum oraculis irreuocabile persistant modo christianaе ac sacrae religionis /⁷ ordo valde deposit. Consacrationis, autem, diem iam dictae ecclesiae confirmauit prenominatus episcopus, vna cum canonicis aliisque clericis, qui cum eo erant, omnes possessiones, quas habebat vel habere debebat vbique locorum, suas, videlicet, et /⁸ vineas cum domibus, decimas et primicias, vel oblationes siue laxationes deffuctorum, que sunt sui iuris, adque cimiterum ipsi ecclesiae vndique triginta ecclesiasticorum passuum confirmauerunt et quicquid eodem continetur spatium /⁹ sub ecclesiastica deffensione posuerunt. Constituerunt quoque ut prefata ecclesia a Barchinonense sede chrisma acciperet eidem sedi annualiter, per censem, quinquaginta duos denarios curribilis monetae persoluere. Habet, namque, affron- /¹⁰ tationes predicta ecclesia, vnde recipit et accipere debet decimas, primicias et oblationes: in[.....] et parte orientis, in manso de Lasseras et protendit per ipsam serram de Sunla et vadit usque ad podium de Olmeda. Inde descendit, iuxta /¹¹ alaudium Sancti Petri Puellarum, in ipsam riariam de Aqua Longa et ascendit, iuxta predictum alaudium, usque in ipsum collem, qui dicitur Albedono, et descendit inde per ipsam comam, subtus Albedons, in ipsam aquam de Valle Vitra- /¹² ria, in loco nuncupato Vlmos. A meridiae, autem, in ipsa predicta aqua, sicut vergitur usque in mansum, quondam, Felidae, et ascendit per ipsum torrentem, iuxta predictum mansum, usque in serram de Calmadella ; ab occidentae, vero, /¹³ in terminum Matronae siue in ipsum torrentem, qui discurrit per canales sicut currit aqua, usque in Molendinos Besonos, et protenditur, per ipsum flumen Ribi Rubei, usque in marginem Crossum, qui est supra domus Hugonis Bonucii /¹⁴ et in termino Ribi Rubei, et peruenit usque in podium de Brica; a parte, quidem, circii, in ecclesia Sancti Petri Riui Rubei et in terminis Cerdaniolae et in terminis Sanctae

Mariae de Campaniano et in terminis Sancti Petri Octauia- /¹⁵ nensis. Alaudia sepe nominatae ecclesiae Sancti Cipriani, videlicet, sunt hec: in Aqua Longa, mansum, scilicet, de Gradilia, cum suis pertinentiis, in quo habitat clericus loci illius. Sicut affrontat: ab oriente et circii, in ipsa riaria de /¹⁶ Aqua Longa; a meridie et occidente, in colle de *Portell* siue in alaudium, quondam, D-Aconis de Be<r>neda et ipsum aragallum, qui inde discurrit. Et, in alio loco, ubi dicunt *Podols*, modiata vna de terra. Et, in alio loco, iuxta domos Cendredi Gis- /¹⁷ cafredi, modiata vna de terra. Et, in alio loco, subtus podio de *Farell*, fassia vna de terra. Ecclesias, quoque, que infra prenominatos terminos sunt aut erunt, ponimus in subrectione predictae ecclesiae, excepta ecclesia Sancti /¹⁸ Ioannis de Mora cum suis terminis, quam dedit Richel-dis femina Sancto Cocophati. Habet, autem, predicta ecclesia alaudia multa et insulas subtus ecclesiam Sancti Ioannis castri Beneuiuere, unde accipit decimas et primitias, /¹⁹ sicut protenditur, per marginem Grossum, qui vadit, iuxta capud ecclesiae predicte, usque ingrateram et in ipsum torrentem, qui inde transit. Quicquid, autem, hic concluditur finibus et finibus predictae ecclesiae decernitur pariter cum /²⁰ omnibus alaudis suis et adhuc permisit diuino a quibuscunque Dei fidelibus sibi conferendis. Ego, Gislibertus, nutu Dei Sanctae Barchinonensis Ecclesiae presul, in iure et donatione predictae ecclesiae confirmo. Retento patrocinio meo /²¹ et meorum successorum, et nemo hominum sit qui a iure predictae ecclesiae aliquid quoquo modo audeat tollere, subripere siue fraudare neque quod sui iuris est et proprietatis est celare quodque, si facere quicunque presumpserit, a liminibus Sanctae /²² Ecclesie publice fiat extraneus et a totius christiani dogmatis contubernio seclusus et nephandi anathematis vinculo quassus, in eternum infernali tabescat pena confusus, cum Iuda traditore damnatus ac sui detrimentum patiatur /²³ cruciabili onore perpetim quali laurea coronandus. Quicunque, autem, pro Dei ac Sancti Cipriani amorae (*sic*), suarum quicquam substantiarum predictae ecclesiae irrogauerit, aeternae vitae fruiturum se noscat tremio et, ob hoc, sibi centuplicatum /²⁴ donum et, post labentis huius vitte cursum, adipisci celeste Regnum, per Christum Dominum nostrum.

Actum est hoc, decimo quarto chalendas nouembris, anno decimo septimo regni Henrici regis.

+ Gislibertus, gratia Dei episcopus + /²⁵ + [Berengarius], archidiaconus. [S+num] Pontii, leuite. [S+num] Dalmatii, sacer. [S+num] Guilelmi, leuite]. [S+num] Atanasi, militis. S+num [Baroni]. S+num Guilelmi Anofredi. S+num Bernardi, fratri eius. S+num Geraldi de Podio. S+num [Sen-] /²⁶ dredi Gisca-fredi. S+num Gisfredi [Oxi]lii. S+num Gombaldi Escluda. S+num Martini Bernardi. S+num Moratoni. S+num Bonifilii Bernardi.

S+num Guielmi, subdiachoni, qui hanc cartam dotalem scripsi, cum litteris damnatis in XI^a /²⁷ linea, die et anno quo supra.

/²⁸ Sig(*signe*)num Iacobi Massaguer, auctoritatibus apostolica atque regia notarii publici, cuius Barcino-ne et curie vicariatus admodum illustris et reverendissimi domini Barcinonensis episcopi scribae, qui huiusmodi exemplum manu aliena fideliter scriptum sumpsi et extraxi a quadam instrumento /²⁹ dotalico predictae ecclesiae, in comitatu Barcinone, in Vallense, in loco olim vocato Aqua Longa, in honorem domini nostri et Beatissimi Cipriani, episcopi et martiris, editum, inserto seu continuato vel registrato in quadam libro de postibus et coreo cohertino in archiuo /³⁰ publico eiusdem curiae recondito. Et, in hanc publicam formam redigens, cum dicto suo originali veraciter collationans, clausi et subsignavi vigore precepti ex parte reverendi domini officialis et vicarii generalis dicti domini Barcinonensis episcopi, ad instanciam /³¹ venerabilis Petri Montclus, presbiteri, dictae ecclesiae rectoris, mihi facti, die duodecima aprilis, anno a Natiuitate Domini M^o D^o sexagesimo quinto, et dicto Petro Montclus tradidi, proxime dictis die, mense et anno.

1311, agost, 8

Nicolau Cerdà, fill del difunt Francesc Cerdà, veí de Mallorca, i de la seva muller, vivent, Ferrera, fent ús de la potestat atorgada a ell i al seu germà absent, Berenguer Cerdà, per llur mare Ferrera, en data 1310/6/24 a Mallorca, per la qual podia vendre i alienar, temporalment o definitiva, les honors, possessions i censals que tenia el seu pare al Vallès i a d'altres llocs qualsevol de Catalunya, ven a Ramon de Pou, veí de Sant Cugat del Vallès, un camp de terra, que li havia llegat el seu pare Francesc Cerdà, situat a la parròquia de Sant Pere d'Octavià, prop del pont i la font «Del Sollador», sota domini de l'altar de Santa Maria del monestir de Sant Cugat i de la seva pabordia major.

A Original: APSCV, doc. 2. Pergamí, 343 x 457 mm.

Estat de conservació : Regular. Foradat i parcialment cremat.

^{1/} In Dei nomine. Sit omnibus notum quod ego, Nicholaus Cerdani, filius Ffrancisci Cerdani, quondam, ciuis Maiorice, et domine Fferrarie, uxoris eius uiuentis, et heres in parte honorum dicti Ffrancisci Cerdani, quondam, patris mei, ac habens donationem et po(ta)testatem in solidum simul cum ^{1/2} Berengario Cerdani, fratre meo absente, cum instrumento publico facto, auctoritate Guilelmi Nathalis, notarii publici Maiorice, octauo kalendas iulii, anno Domini millesimo trecentesimo decimo, a dicta domina Fferraria, matre mea, domina et potente, in tota iura sua, omnium bonorum dicti ^{1/3} Ffrancisci Cerdani, quondam, mariti sui, patris mei, vendendi et alienandi, in perpetuum uel ad tempus, omnes honores et possessiones ac censualia, quos et que dictus Ffranciscus Cerdani, quondam, pater meus, maritus suus, habebat et possidebat in Vallesio et in aliis quibuscumque locis ^{1/4} Cathalonie, et precium ipsorum honorum et possessionum ac censualium petendi, exigendi et recipiendi. Idcirco, gratis et ex certa sciencia, nomine meo proprio et ex potestate inde michi data et concessa, per dictam dominam Fferrariam, matrem meam, vendo uobis, Raimundo ^{1/5} de Puteo, de uilla Sancti Cucuphati Vallensis, et uestris et cui siue quibus volueritis, perpetuo, quendam campus meum terre, cum introitibus, exitibus, pertinenciis et iuribus suis, quem, ratione legati inde michi facti per dictum Ffranciscum Cerdani, quondam, patrem meum, in suo ultimo ^{1/6} testamento, habeo et teneo per altare Sancte Marie, con[stitut]um in monasterio Sancti Cucuphati Vallensis, sub dominio et alodio prepositure maioris dicti monasterii Sancti Cucuphati Vallensis, in parrochia Sancti Petri de Octouiano, iuxta pontem et fontem *D·es Soyador*. Et terminatur ^{1/7} dictus campus terre: ex vna parte, in torrente, qui discurrit de Valle Sicca; et, ex alia parte, in uia, qua itur de uilla Sancti Cucuphati apud Gualengam; et, ex alia parte, in quodam aragay, siue torrente, qui discurrit infra tenedones mansi Bouis, qui vobis, in alio instrumento, ^{1/8} vendo, et reuertitur in dicto torrente de Valle Sicca. Hanc, autem, vendicionem facio, nomine quo supra, vobis et uestris, perpetuo, de predictis omnibus et singulis, pure, libere et absolute, sine omni condicione et retencione, et, sicut melius dici potest et intelligi, ad ^{1/9} uestrum uestrorumque saluamentum et bonum intellectum. Extrahendo, nomine quo supra, predicta omnia, que vobis vendo, de iure, dominio et posse mei et meorum et dicte domine Fferrarie, matris mee, et suorum. Eademque omnia et singula in uestrum uestrorumque ius, dominium et posse, ^{1/10} mito et transfero irreuocabiliter. Et, cum hoc publico instrumento perpetuo valituro, induco vos, nomine quo supra, de predictis omnibus et singulis, que vobis vendo, in corporalem possessionem, pleno iure, tanquam in rem uestram propriam, ad habendum et tenendum omnique tempore ^{1/11} in pace possidendum et ad omnem uestram uestrorumque uoluntatem inde libere faciendam, sine contradiccione et retencione mei et meorum et dicte domine Fferrarie, matris mee, et alterius cuiuscumque persone. Et, ex causa huius vendicionis, dono et cedo, nomine quo supra, vobis ^{1/12} et uestris, perpetuo, omnia iura et omnes acciones reales et personales, mixtas

et alias quasunque, que michi et dicte domine Fferrarie, matri mee, competitunt et debent uel possunt competere, in predictis, que vobis vendo, et contra quasunque personas et res, racione /¹³ [uel occasione] iuribus et actionibus meis predictis, possitis vos et uestri et quos uolueritis uti et experiri, agendo et deffendendo et alio quoque modo uolueritis, in iudicio et extra, contra quamlibet personam, de predictis, que vobis vendo, aliquid detinentem /¹⁴ uel possidentem [aut mouentem questionem] aliquam uel demandam facientem, proponentem uel mouentem aut molestiam aliquam inferentem, quemadmodum ego et dicta domina Fferrarie, mater mea, possemus facere ante presentem vendicionem et cessionem. Ego, /¹⁵ [enim, nomine] quo supra, facio et constituo uos in hiis dominum et procuratorem, vt in rem uestram propriam, ad faciendum inde uestre libitum uoluntatis, sine contradiccione et impedimento mei et dicte domine Fferrarie, matris mei, et alterius persone; saluo, tamen, [sempre] /¹⁶ in predictis, que vobis vendo, censu, iure et dominio dicti altaris Sancte Marie et eius rectoris. Qui census est vnius quarterie frumenti boni, pulcri et receptibilis ad rectam mensuram uille Sancti Cucuphati predicte. Quam quarteriam frumenti teneamini vos et uestri apo[rtare] /¹⁷ dicto altari et eius rectori intus cellarium dicti monasterii et, saluo etiam semper in predictis censu, iure et dominio et fatica triginta dierum dicte prepositure maioris et eius prepositi. Pro precio, autem, huius vendicionis, dedistis et soluistis michi [...] /¹⁸ quinquaginta solidos monete Barchinonensis de terno, quitos a laudimio dictorum dominorum. Super quibus renuncio excepcioni peccunie non numerate et non recepte et doli et legi, que subuenit deceptis ultra dimidiam iusti precii, [aport]ando et remitendo [...] /¹⁹ et uestris, perpetuo, donacione irreuocabili inter uiuos, si quid hec, que uobis vendo, plus modo valet aut de cetero valuerit precio supradicto. Insuper, promito et conuenio, nomine meo proprio, saluare uobis et uestris, perpetuo, totam hanc vendicionem et esse inde uobis et uestris, perpetuo, [...] /²⁰ et legalis gurrens, actor et deffensor, contra omnes personas, et inde uobis et uestris semper de firma et legali euiccione teneri, promito, etiam, in hunc modum: ad questionem, itaque, si qua vobis uel uestris mota fuerit, aliquo tempore, in predicta uestra empacione, in totum [siue] /²¹ in partem [...], promito me opponere deffensioni uestri et uestrorum et, pro uobis et uestris, satisfacere et respondere cuilibet persone inde de uobis uel uestris querelanti et in me suscipere onus litigii et agere, ducere et tractare causam seu causas, meis propriis expensis, a principio /²² ad finem [vel, nomine] uestri, si uolueritis, possitis ipsam causam seu causas agere, ducere et tractare per uos ipsos; eleccione, tamen, seruata uobis et uestris, super hiis. Ego, enim, ex pacto, remito uobis et uestris necessitatem denunciacionis. Et, si uos uel uestri elegeritis /²³ et tract[aretis] dictam causam seu causas in propria [per]sona, promito uobis et uestris restituere et soluere, ad uestram uoluntatem, indilate, omnes expensas, tam circa rem quam circa littem quam racione uel occasione utriusque factas, et quicquid et quantum a uobis uel uestris [...] /²⁴ fuerit de predictis, simul cum toto dampno et interesse uestro, siue obtineatis in causa, siue su[bcumbat] is. Super quibus omnibus credatur uobis et uestris, plano et simplici uerbo, nullo alio genere probacionis exacto. Et, pro hiis complendis, obligo uobis et uestris /²⁵ omnia bona mea, mobilia et immobilia, habita et habenda. Insuper, iuro uobis, per Deum et eius sancta quatuor euangelia, manibus meis corporaliter tacta, predicta omnia et singula attendere, complere et obseruare et in aliquo non contrauenire, aliquo iure, causa uel racione.

Actum est hoc /²⁶ sexto idus augusti, anno Domini millesimo trecentesimo vndeclimo.

S+num Nicholai Cerdani, predicti, qui hec laudo et firmo ac iuro.

Teste huius rei sunt: Petrus de Solerio, presbiter; Fferrarius de Gamissans; Ferrarius de Torren[te]; /²⁷ et Petrus de Plano, barberius.

Ego, frater Guilelmus de Picalquins, prior et prepositus maior Sancti Cucuphati, subscribo.

/²⁸ Ego, frater Petrus de Olorda, monachus et rector altaris Beate Marie, in monasterio Sancti Cucuphati, subscribo.

/²⁹ Sig(signe)num Guilelmi de Turno, notarii publici Sancti Cucuphati Vallensis, qui hoc scribi fecit et clausit.

1344, juny, 4

Testament de Jaume Cussó, fill del difunt Bartomeu Cussó, en el qual nomena els seus germans Pere i Francesc com a marmessors seus, ordena que siguin pagats tots els seus deutes, llege la quantitat de 80 sous per distribuir-los entre determinades esglésies, santuaris, almoines, obres pies, i germans seus. Fa una deixa important (il·legible) a la seva fillola, filla d'en Pere, i als nebots Català i Francesc, fills d'Arnau Ferrer, veí de Barcelona, els llege els 20 sous seus que tenia el seu pare Arnau. També deixa al seu germà Francesc certs objectes i animals.

A Original: APSCV, doc. 3. Pergami, 330 x 354 mm.

Estat de conservació regular. Foradat.

Actum est hoc pridie nonas iunii, anno Domini millesimo trecentesimo /²¹ quadragesimo quarto.

Seminari permanent de Paleografia

S+num Iacobi Cussoni, testatoris [predicti], qui hoc testamentum, quod est vltima mea voluntas, laudo et firmo.

/²² Testes huius testamenti, vocati et rogati, sunt: Ffranciscus Jordani et Ffra<n>ischus Folquerii.

/²³ [Sig](signe)[num.....], notarii publici Sancti Cucuphati] [...] fecit et clausit.

4

1354, desembre, 12

Bernat Vives, veí de Barcelona, atorga a Jaume Tinturé, de Sant Cebrià de Valldoreix, l'establiment perpetu amb finalitat de millora de la peça de terra, en la qual temps enrera hi havia hagut plantada vinya i que li havia estat retornada per Guillem Alamany, veí de Sant Cugat, situada en el terme del castell d'Octavià i en la parròquia de Sant Cebrià de Valldoreix, en el lloc anomenat « Vinyet de Poals », sota domini de la sagristia major del monestir de Sant Cugat del Vallès. Inclou l'àpoca dels 16 diners de cens i, amb la conformitat de l'emfiteuta, signen donador i receptor conjuntament.

A Original: APSCV doc. 4. Pergamí, 327 x 338 mm.

Estat de conservació dolent. Restes de cremades al lateral dret i foradat.

/¹ Nouerint vniuersi quod ego, Bernardus Viues, ciuis Barchinone, attendens peciam terre infrascriptam, in qua olim erat vinea plantata, fuisse mihi redditam per Guilelmum Alamanni, de /² villa Sancti Cucuphati Vallensis, cum videt sibi fflore nimio censu et agrario oneratam et sit mihi utilius presentem nouam stabilicionem de eadem pecia terre facere quam ipsam tenere sine cul- /³ tura et laboracione; ideo, per me et meos, gratis et ex certa sciencia, stabilio et dono atque concedo, ad emphiteosim perpetuam, hoc est, ad bene meliorandum et non in aliquo deterio- /⁴ [randum, uo]bis, Iacobo Tincturerii, de parrochia Sancti Cipriani de Valledaurex, et uestris et quibus uolueritis, perpetuo, quandam peciam terre, olim vineam plantatam, cum in[tra]ntibus, /⁵ exitibus et aliis pertinenciis suis, quam habeo et possideo in termino castri de Octouiano et in parrochia Sancti Cipriani de Valledaurex, in loco nominato *Vinyet de Poals*; et /⁶ tenetur dicta pecia terre sub dominio et alodo sacristie maioris monasterii Sancti Cucuphati Vallensis et eius venerabilis sacriste, nomine eiusdem. Et affrontatur dicta pe- /⁷ cia terre: ex duabus partibus, in honore dicti Guilelmi Alamanni et, ex alia parte, in honore vestro, que, quandam, fuit Petri de Mitibe, quadam rasa mediante, et, ex alia parte, in /⁸ in honore Bonanati Clotes et, ex alia parte, in honore Bernardi de Lauro, dicte ville Sancti Cucuphati. Hanc, autem, stabilicionem et in emphiteosim donationem et concessio- /⁹ nem facio uobis, dicto Iacobo Tincturerii, et uestris et quibus uolueritis, perpetuo, de predictis omnibus et singulis, pure, libere et absolute et sicut melius dici et intelligi potest, /¹⁰ ad vestrum vestrorumque saluamentum et bonum intellectum. Sub tali, tamen, pacto et condicione, quod, pro censu et melioramento inde exeuntibus, detis et soluatis, uos et /¹¹ [vestri] [...] et [...] de [fe]sto Natalis Domini proxime venturo ad vnum anum et, abinde, annuatim, in eodem termino siue festo, sexdecim denarios monete Bar- /¹² chinone. In hiis, uero, non proclameris neque eligatis uos uel vestri alium dominum siue dominos, nisi, tamen, me et meos, quoad dictum censum, et dictam sa- /¹³ cristiam maiorem et eius sacristam, nomine eiusdem, quoad omnia alia iura. Liceatque vobis et vestris, post dies triginta, ex quo in dicta sacristia ma- /¹⁴ iore seu eius sacrista, nomine eiusdem, faticati fueritis uos uel vestri presentem adquisitionem vestram cum omnibus melioramentis, que ibi feceritis, /¹⁵ uendere, stabilire, impignorare siue alter alienare vestro consimili et vestris. Saluo, tamen, semper, in predictis, mihi et meis, dicto censu sexdecim denariorum et /¹⁶ empara pro eodem. Et, saluo, etiam, semper, in predictis, agrario, iure, domino et fatica triginta dierum dicte sacristie maiori et eius venerabili sa- /¹⁷ criste, nomine eiusdem. Cui dabitis uos et vestri, de omnibus

fructibus panis, qui ibi fuerint, fideliter, tascham et, de fru[ctibus, partem fi]deliter nouenam. Pro /¹⁸ intrata, autem, huius stabilicionis et in emphiteosim donacionis et concessionis, concedo me habuisse et recepisse a uobis [sexdecim denarios] Barchinone. Super qu[ibus], /¹⁹ renuncio excepcioni peccunie non numerate et non recepte et doli mali et in factum accioni et omni alii iuri, racioni et [...] ni contra hec repugna[ntibus]. /²⁰ Insuper, conuenio et promito uobis presentem stabilicionem saluare uobis et uestris et eam uos et uestros semper facere, habere, tenere et possidere in pace, perpetuo, et inde uobis et vestris [te]- /²¹ neri promito de firma et legali euiccione et omni dampno ac etiam interesse contra omnes personas. Et, pro hiis complendis et firmiter atendendis, obligo uobis et vestris omnia b[ona] /²² mea ubique presencia et futura. Ad hec, ego, dictus Iacobi Tincturerii, laudans et concedens predicta et eisdem expresse consentiens acceptansque a uobis, dicto Bernardo Viues, presen- /²³ tem stabilicionem, sub pactis et condicionibus supradictis, conuenio et promito vobis quod dictum censem sexdecim denariorum dabo et soluam, vobis et uestris et quibus uolueritis, de festo Natalis Domi- /²⁴ ni proxime uenturo ad vnum annum et, abinde, annuatim, in eodem termino siue festo, et alia omnia supradicta rata et firma habebo, tenbo et obseruabo et nunquam contra ea fa- /²⁵ ciam nec veniam aliquo iure, causa uel etiam ratione, sub obligacione tocius iuris, quod habebo et habere debeo in predictis.

Actum est hoc, duodecima die decembris, anno /²⁶ a Natuitate Domini millesimo CCC^o quinquagesimo quarto.

S+num Bernardi Viues, s+num Iacobi Tincturerii, predictorum, qui hec laudamus, concedimus et /²⁷ firmamus.

Testes huius rei sunt: Bernardus Dalmacii, presbiter, Petrus Oliuerii et Bernardus de Ponte.

/²⁸ Ego, frater Alamannus de Sancto Vincencio, prior maior monasterii Sancti Cucuphati, subscribo.

/²⁹ Sig(signe)num Petri Serra, notarii publici Sancti Cucuphati Vallensis, pro Guilelmo de Turno, publico eiusdem loci notario, qui hoc scripsit et clausit.

5

1369, desembre, 11

El prior i sagristà major del monestir de Sant Cugat del Vallès, fra Alamany de Sant Vicenç, atorga a Pere Moragues, de Sant Cugat del Vallès, l'establiment d'un tros de terra erma i sense arbres, que havia estat del difunt Ponç Andreu, de Sant Cugat, situat al terme del castell d'Octavià i a la parròquia de Sant Cebrià de Valldoreix, al lloc anomenat « Calabux », sota domini de la sagristia major del monestir de Sant Cugat.

A Original: APSCV, doc. 5. Pergamí, 252 x 348 mm.

Estat de conservació regular. Parcialment mutilat.

/¹ [In Dei nomine]. Nouerint vniuersi quod ego, frater Alamannus de Sancto Vincencio, prior et sacrista maior in monasterio Sancti Cucuphati Vallensis, habitis de et insuper infrascriptis diligenti consilio, tractatu et deliberacione, /² u[.] reuerendo in Christo patre et domino, fratre Petro, Dei gratia abba[te monaster]ii Sancti Cucuphati Vallensis, et cum venerabili conuentu eiusdem monasterii, de consensu et voluntate dicti domini abbatis et prefati /³ [conuentus], stabilio, dono atque concedo, ad emphiteosim perpetuam, hoc est, ad [bene] meliorandum et non deteriorandum in aliquo vobis, Petro Moragues, de villa Sancti Cucuphati Vallensis, et vestris et quibus volueri- /⁴ tis, perpetuo, vnum trocum terre hereme, sine arboribus, que fuit Poncii Andree, quondam, ville Sancti Cucuphati Vallensis, et est in termino castri de Octouiano et in parrochia Sancti Cipriani de Ualledaurex, in loco vocato *Ca-* /⁵ *labux*, et que tenetur sub dominio et alodio monasterii Sancti Cucuphati Vallensis et sacristie maioris et

sui dicti prioris in sacristie, qui in ipsa recipit, nomine dicte sacristie, agraria infrascripta. Et terminatur: ab orient- /⁶ te, in quadam honore, quem uobis stabiliui, qui fuit domini Guilelmi Bencebre, quondam, ville Sancti Cucuphatis; a meridie, in honore Berengarii de Buyenes, dicte ville, quem pro me tenet; ab occidente, in honore Guilelmi /⁷ Pico, dicte ville; a circio, in honore *de-n Castellet*, dicte ville. Hanc, autem, laudacionem, approbacionem, confirmationem, de nouo donacionem et stabilicionem facio uobis et vestris et quibus uolueritis, perpetuo, /⁸ de predictis omnibus et singulis, sicut melius dici potest et intelligi ad saluamentum et bonum intellectum uestri et vestrorum, in hunc, scilicet, modum, formam et condicionem: quod uos et successores vestri in hiis michi /⁹ et successoribus meis in dicta sacristia sacristis dare et prestare teneamini, de omnibus et singulis fructibus et expletis panis, bene et fideliter, tascham et braciaticum et, de omnibus expletis vini, nonam /¹⁰ partem; quam nonam partem de expletis vini teneamini vos et uestri successores apportare uel apportarii facere ad cellarium mon[asterii], infra limitem monasterii Sancti Cucuphatis Vallensis predicti, sumptibus et ex- /¹¹ pensis uestris et sine expensis et dampno mei et meorum etiam successorum. In hiis, uero, non proclametis neque faciatis uos uel vestri successores alium domin(i)um siue dominos, nisi, tamen, dictum monaster- /¹² ium et dictam sacristiam maiorem et me et successores meos in ipsa; liceatque uobis et vestris, post diebus triginta, ex quibus in me uel in ipsis successoribus meis, nomine dicte sacristie maioris, si /¹³ [vol]ueritis uos uel vestri presentem adquisitionem vendere, im[pig]norare uel, aliter, alienare vestro, tamen, consimili et vestrorum, sal[uatis, tamen], semper, michi et successoribus meis sacristis in dicta sacristia [dicti] /¹⁴ [...] tasche et b[rac]iatrici de omnibus expletis panis et no[nam] partem de expletis vini, iure, domino et fatica XXX^a dierum et alio pleno iure. Pro hiis, autem, laudacione, approbacione, ra- /¹⁵ [tificatione, ali]enacione, donacione et stabilicione ad [dictum] agrarium, habui et recepi a uobis, pro [...]ata, vnum par perdicum. Super quibus, renuncio excepcioni dictarum perdicum non habitarum et non /¹⁶ [receptarum et doli] mali et accioni in factum et omni alii iuri, racioni et consuetudini contra hec repugnantibus. Insuper, conuenio et promito uobis presentem adquisitionem vestram uobis et uestris et /¹⁷ [quibus volueritis i]psam uos et vestros et quos volueritis semper facere, habere, tenere et pacifice possidere contra omnes personas. Et, pro his complendis et firmiter attendendis, obligo uobis et uestris /¹⁸ [omnia b]ona mea et dicte sacristie maioris, ubique habita et habenda. Ad hec, ego, dictus Petrus Moragues, laudans, approbans, ratisficans et confirmans predicta omnia et singula et eisdem omnibus /¹⁹ [ple]ne, expresse consentiens et acceptans a uobis, venerabili et religioso domino fratre Alamanno de Sancto Vincencio, sacrista dicti monasterii, predictam adquisitionem, sub condicionibus supradictis, conuenio promito /²⁰ quod omnia et singula supradicta, prout superius per uos dicta sunt, semper rata, grata et firma et habebo, attendam, complebo, tenebo et obseruabo. Et nunquam contra predicta faciam aut veniam, aliquo iure, causa uel /²¹ etiam ratione, sub obligacione tocius iuris, quod ego habeo in predictis.

Actum est hoc X^a die mensis decembris, anno a Natiuitate Domini M^o CCC^o LX^o IX^o.

S+num venerabilis et religiosi domini fratri Ala- /²² manni de Sancto Vincencio, prioris et sacriste maioris in monastrio Sancti Cucuphatis predicti. Qui hec laudauit et firmauit.

S+num Petri Moragues, emphiteote predicte, qui hec laudauit et firmauit.

/²³Testes huius rei sunt: venerabilis et religiosus frater Galcerandus de Pere, prior claustralium monasterii Sancti Cucuphatis, et Raimundus de Villa, residens in monasterio Sancti Cucuphatis Vallensis predicto.

6

1401, desembre, 1

Jaume Calders, del mas de Serrabona, del terme del castell de Canals i de la parròquia de Santa Eulària del Papiol, ven, per vint-i-dues lliures, a Pere Ferrer, fill de Bartomeu Ferrer, de Sant Cugat del Vallès, una casa amb

Diplomatari de la Parròquia de Sant Cebrià de Valldoreix I

finca annexa amb arbrat divers, situada al carrer de Santa Maria de Sant Cugat, sota domini de la pabordia major del monestir de Sant Cugat del Vallès.

A Original: APSCV, doc. 6. Pergami, 277 x 565 mm.

Estat de conservació dolent. Destrucció parcial per foc. Foradat.

antibus, dando et remittendo vobis et vestris, donacione pura, perfecta et irreuocabili inter viuos, si quid predicta, que vobis vendo, plus modo valent aut a modo valebunt precio ante dicto. Insuper, [promitto] /¹⁷ vobis [dicto] emptori, et vestris quod predicta omnia et singula, que vobis et vestris supra vendo et concedo, faciam vos et vestros et quis volueritis habere, tenere et possidere in pace, perpetuo, contra omnes personas. Et quod tenebor vobis [et vestris de fir]- /¹⁸ ma et legali euiccione predictorum et de littis expensis et de toto dampno ac etiam interesse, in iudicio [et extra], secun[dum] iura. Et, si forsitan aliqua persona faceret, [...] neret uel mouteret contra vos vel vestros, aliquo tempore, aliqua [...] /¹⁹ [...] [...] [...] [...] demandam, littem uel controuersiam, de iure uel de facto, in iudicio uel extra iudicium, aut [alias, in] predictis, [que] vobis vendo, uel in aliqua parte ipsorum uel ratione uel occasione eorum, conuenio et promitto vobis quod, in continentि, cum [...] /²⁰ fuero requisitus uel mei fuerint requisiti, opponemus nos deffencionи vestre et vestrorum et respondebimus [et] satisfaciemus pro vobis et vestris quibuslibet inde querelantibus. Et, quod in principio littis suscipiemus in nos onus littigii et [agemus et] /²¹ ducemus causam seu causas nostris propriis sumptibus et expensis, a principio littis usque ad finem, vel vos et vestri, si volueritis, possitis ipsam causam seu causas agere et ducere per vos ipsos et hoc sit in eleccione vestri et vestrorum, ego [...] pro]- /²² mitto vobis et vestris, quantum ad hec, ex pacto necessitatem denunciacionis. Et, si vos vel vestri magis elegeritis ipsam causam seu causas \ et ducere et *menare*, per vos ipsos, gratis et ex certa sciencia, conuenio et promitto vobis quod ego et mei restituemus et soluemus [vobis] /²³ et vestris in hiis successoribus indilate omnes expensas et missiones, dampna et interesse, quas et que vos et vestri facietis et sustinebitis, quoquo modo, inducendis, tractandis siue etiam examinandis ipsis littibus siue causis, siue etiam obtineatis [in] /²⁴ causa seu causis, siue etiam subcumbatis. Et, quod, super predictis omnibus et singulis, seruabimus vos et vestros penitus sine dampno. Super quibus, quidem, missionibus, dampnis et interesse, credatur vobis et vestris [vestro] plano et simplici verbo, nullo alio proba[tionum] /²⁵ genere exacto. Et, pro hiis complendis et firmiter attendendis, tenedis et obseruandis, obligo vobis et vestris successoribus omnia bona mea, mobilia et inmobilia, habita et habenda. Et, ut predicta omnia et singula maiorem vim obtineant et maiore gaudeant firmitate, iuro, sponte, in animam meam, per Dominum Deum et eius sancta quatuor euangelia, manibus meis corporaliter tacta, predicta omnia et singula attendere, completere, tenere et inuiolabiliter obseruare et non contra facere vel venire [iure aliquo] /²⁷ uel etiam ratione. Hec, igitur, omnia et singula supradicta, prout superius dicta sunt et expressata, facio, dico, paciscor et promitto vobis, dicto Petro Fferrarii, emptori predicto, et vestris, per me et omnes meos heredes et successores quoscunque, presentes atque fu[turos], /²⁸ et notario infrascripto, tanquam publice persone, pro vobis et vestris et pro personis omnibus et singulis, quarum interest et intererit, interesse potest et poterit, recipienti, paciscenti ac etiam legittime stipulanti.

Actum est hoc in villa Sancti Cuuphatis Vallensis, termini castri de Octouiano, prima die decembbris, anno a Natiuitate Domini millesimo quadragesimo primo.

S+num Iacobi Calders, predicti. Qui hec laudo, firmo et iuro.

/³⁰ Testes huius rei sunt: Petrus *Jorda*, carnifex, de villa Sancti Cucuphatis Vallensis, Iacobus *Tinturer*, de parrochia Sancti Cipriani de *Valldaurex*, et Bernardus Fferrarii, de parrochia Sancti Iohannis de Pr[...] e [...]

/³¹ [Ego, frater] Iacobus [Pomery], metonachus monasterii Sancti Cucuphatis Vallensis et rector altaris Beate Marie, firmo, iure dominii dicti altaris semper saluo. Ego, frater Castillbo [...], prepositus maior monasterii Sancti Cucuphatis Vallensis, iure saluo [dicti officii prepositi semper in omnibus, firmo].

/³² Sig(signe)num Iacobi de Mittibe, presbiteri, capellani curati Sancti Petri de Terracia ac notarii publici Sancti Cucuphatis Vallensis et castri de Octouiano, pro Petro de Sanahugia, notario publico eorundem auctoritate reuerendi domini abbatis cenobii Sancti Cucuphatis, qui hec scribi fecit et clausit, cum litteris supra positis [in] /³³ linea XII^a, vbi ponitur: *et vestris*, et in linea XXII^a, vbi videtur: *ducere seu menare*.

1412, gener, 18

Père Jordà, carnisser, veí de Sant Cugat del Vallès, llega a la sagristia de l'església de Sant Cebrià de Valldoreix, d'una banda, el censal de vint-i-cinc sous barcelonesos que li paga l'hereu del mas Figueres Sobirà pel mas Fumet, situat a la parròquia de Sant Cebrià de Valldoreix; i, d'altra banda, els sis sous censals, que li paga en Miró, de Sant Cugat, per una peça de terra, situada a Sant Cugat, al coll de Les Eres. A canvi, ordena, pel bé de la seva ànima i la del seu avi difunt, Jaume de Les Eres, que una làmpada cremi perpetuament dins d'aquesta església i que cada dia de Difunts es distribueixin deu sous de pa entre els pobre captaires i la bona gent de Valldoreix. També condona a l'hereu del mas Figueres el deute que li resti pendent el dia del seu òbit.

A Original : perdut.

B Trasllat de 1413, novembre, 23 : APSCV, doc. 7. Pergamí, 303 x 383 mm.

Estat de conservació regular. Corcat i amb signes lleus de cremades.

Not. dors.: Any 1412 Testament de Pere Jordà qui deixà a la sacristia de St. Ciprià de Valldoreix un censal de 25 sous barcelonesos

/¹ Hoc est translatum fideliter sumptum a quibusdam clausulis seriatim positis et contentis in originali testamento Petri Iordanii, quondam, carnisserii, de villa Sancti /² Cucuffatis Vallensis; quod testamentum factum fuit et ordinatum in posse Bernardi Nathalis, notarii publici Barchinone, octauadecima die mensis ianu- /³ arii, anno a Natuitate Domini millesimo quadragesimo duodecimo. In quo, quidem, testamento sunt pro heruum heredis institucio clausula finalis /⁴ et testes rogati; quarum, quidem, clausularum tenor dinoscitur fore talis:

«Item, dimitto sacrarie ecclesie Sancti Cipriani de Valldaureix et /⁵ eius sacriste, nomine eiusdem, totum illud censuale viginti quinque solidorum Barchinonensem, quod michi facit et prestat heres seu possessor mansi Ffi- /⁶gueres Sobira, parrochie dicte ecclesie Sancti Cipriani, pro manso de Ffumet, dicte parrochie, et etiam omnes illos sex solidos censuales, quos michi /⁷ facit et prestat en Miró, dicte ville Sancti Cucuffatis, pro quadam pecia terre, quam tenet pro me, ad dictum censum, in termino dicte ville /⁸ Sancti Cucuffatis, apud collem de Lasceres, queque olim fuit de-n Fferiol; ita quod dictus sacrista, de ipsis viginti quinque solidis et /⁹ sex solidis simul cum illis decem solidis dicte monete, quos iam, hac de causa, recipit rector dicte ecclesie, arderi faciat cotidie im perpetuum /¹⁰vnam lampadem, in dicta ecclesia, quam dictus rector, de dictis decem solidis, quos sibi legauit Iacobus de Las[ceres], quondam, auus meus, /¹¹ arderi facere tenetur, et etiam teneatur dare, amore Dei, pro anima mea et dicti cui mei, quolibet anno, perpetuo, die comemoracionis fidelium /¹² defunctorum, inter pauperes mendicantes, decem solidos panis et residuum teneatur dare, amore Dei, pro anima mea et dicti cui mei, ad noticiam /¹³ pro bonorum hominum dicte parrochie de Valldaureix. Item, dimito \dicto/ possessori dicti mansi Ffigueres totum id quod michi debeat tempore /¹⁴ obitus mei, de seu pro censu dictorum viginti quinque solidorum. Item, de ipsis aliis bonis meis, etc. »

/^{15a} Sig(signe)num Petri Rubei, auctoritate regia notarii publici /^{16a} Barchinone, testis.

/^{15b} Sig(signe)num Bernardi Mathei, auctoritate regia notarii publici Barchinone, /^{16b} testis.

/¹⁷ S+num Genesii Almugaver, regentis vicariam Barchinone, Aqualate et Vallensem, Modiliani et Modilianensem, qui [hunc] translato /¹⁸ ab eius originali fideliter sumpto et cum eodem veridico comprobato, ex parte domini regis et auctoritate officii, quo [... . auctoritatem] impendimus /¹⁹ meam pariter et decretum vt huiusmodi translato, tanquam originali suo in iudicio et extra, plena ab omnibus impenda[m et etiam possitis], manu /²⁰ mei, Arnaldi de Millar[iis], regia auctoritate notarii publici Barchinone, in cuius posse prefatus honorabilis regens vicariam Vallensem prefato Anthonio /²¹ Ça Plana, notario et scriba

Seminari permanent de Paleografia

curie vicarie Barchinone negotiis occupato, hanc firmam fecit, XXIII^a die nouembris, anno a Natiuitatis Domini /²² millesimo quadringentesimo terciodecimo, presentibus testibus: Saluatore Merquesii et Petro Esberti, notariis, ciuibus Barchinone. Et, /²³ ideo, ego, notarius predictus hec scripsi et hoc meum hic apposui sig(*signe*)num.

/²⁴ Sig(*signe*)num mei, Bernardi Nathalis, notarii publici Barchinone. Qui predictum translatum a suo originali fideliter sumptum et cum [eodem de] verbo in verbum /²⁵ fideliter et legittime comprobatum, scribi feci et, post autoritzatum per dictum honorabilem regentem vicariam Barchinone, vt [supra], clausi, /²⁶ vicesimatercia die mensis nouembris, anno a Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo terciodecimo, [... cum suprapo]- /²⁷ sito in linea XIII^a, vbi dicitur: *dicto*.

8

1412, abril, 8

Pere Ferrer, fill de Bartomeu Ferrer, trager, veí de Sant Cugat, amb la conformitat del seu pare i de la seva maderastra Margarida, reconeix a la seva esposada Francesca, filla de Pere Boter, vivent, i de la difunta Margarida, del mas « dels Pelechs », de la parroquia de Sant Joan Samora, l'aportació de vint-i-cinc lliures en concepte de dot de noces, rebudes de mans de Bernat Mascaró, oncle matern de Francesca. Al seu torn, Pere Ferrer afegeix, del seu propi peculi, igualment com a aportació de noces, dotze lliures i deu sous, en concepte d'augment o escreix, i assegura aquest total de trenta-set lliures i deu sous sobre la seva casa del carrer de Santa Maria de Sant Cugat del Vallès, llegada pel seu pare Bartomeu Ferrer, sota domini de la pabordia major del monestir de Sant Cugat (v. doc. 6), i sobre la totalitat dels seus béns.

A Original: APSCV, doc. 8. Pergamí 370 x 508 mm.

Estat de conservació regular. Estripat a la part superior. Foradat. Parcialment cremat al vers.

/¹ Nouerint vniuersi quod ego, Petrus Ferraria, filius Bartholomeus (*sic*) Ferraria, mulionis, de villa Sancti Cucuphatis Vallensis, gratis et ex certa sciencia, de expressis, tamen, assensu et voluntate dicti Bartholomei, patris mei, et domine Margarite, eius vxoris, nouerche mee, inferius firmantium et consentientium, /² confiteor et recognosco vobis, Ffrancisse, filie Petri Boter, viuentis, et domine Margarite, prime eius vxoris, quondam, de manso *dels Pelechs*, de parrochia Sancti Iohannis Sa Mora, Barchinonensis diocesis, de termino castri de Gilida, quam, [v]no concedente, ductus sum in vxorem, quod habui et recepi a vobis siue pro vobis, modo, tempore /³ nupciarum mearum et vestrarum, pro dote vestra ac nomine dotis vestre, per manus, videlicet, Bernardi Mascharo, auunculi vestri, ex parte matris, viginti quinque libras monete Barchinonensis de terno. Et, ideo, renunciando excepcioni peccunie non numerate et, pro dote vestra ac nomine dotis vestre, non habite et non recepte et doli mali et accioni /⁴ in factum et omni aliij iuri, rationi et consuetudini contra hec repugnantibus. Et, propter hanc dotem, a me a vobis siue pro vobis traditam, facio vobis augmentum seu donacionem, propter nupcias, de meo proprio, de duodecim libris et decem solidis dicte monete. Et sic sunt in summa omnes dicti denarii, inter do- /⁵ tem et augmentum seu donationem, propter nupcias, quod vobis facio, de meo proprio, triginta septem libre et decem solidi dicte monete. Quas, quidem, triginta septem libras et decem solidos dicte monete, dicte dotis et augmenti, saluo, assigno et assecuro vobis et vestris habendas in et iure vestri proprii spon- /⁶ salicij possidendas, specialiter et expresse, super toto illo hospicio, cum omnibus iuribus, siue quod ego, titulo donacionis, per dictum Bartholomeum Ferraria, patrem meum, michi facte, habeo, teneo et possideo in dicta villa Sancti Cucuphatis Vallensis, in vico vocato de Sancta Maria. Et tenetur per altare Sancte /⁷ Marie, constructum

in ecclesia monasterii Sancti Cucuphati Vallensis, sub dominio, tamen, et alodio prepositure maioris sepe dicti monasterii et, generaliter, super omnibus et singulis aliis bonis meis, mobilibus et inmobilibus, habitis et habendis. Et habeatis, teneatis et possideatis dictas triginta septem ^{/8} libras et decem solidos dictae dotis vestre et augmenti cunctis diebus vite vestre, tam cum marito quam sine marito et tam cum infante quam sine infantibus et absque vlo vinculo, contradicione et impedimento mei et meorum et alterius cuiuscunque persone. In die, autem, obitus vestri, si ha- ^{/9} bueritis vel dimiseritis prolem in vobis legitime procreatam et ipsa proles prouenerit ad etatem quatuordecim annorum, in hoc casu, habeatis vos totam dictam dotem vestram dictarum viginti quinque librarum, ad vestras voluntates inde libere facendas. In ^{/10} die, autem, obitus vestri, si non habueritis vel non dimiseritis et ipsa proles non prouenerit ad dictam etatem dictorum quatuordecim annorum, in hoc casu, habeatis vos, de dicta dote vestra, medietatem pro vestris ^{/11} voluntatibus faciendas; altera, vero, medietas reuertatur dicto Bernardo Mascharo, auunculo vestro, aut illi uel illis, cui vel quibus voluerit vel ordinauerit, verbis vel testamento. Augmentum, vero, seu donacionem, propter nupcias, quod vobis facio, de meo proprio, in omni ^{/12} casu, sit et reuertatur infanti vel infantibus de me in vobis procreatibus aut illi vel illis, cui vel quibus ego voluero vel ordinauero, verbis vel testamento. Et, in omni casu et euentu dicte dote vestre soluende et restituende, conuenio et promitto vobis dicta dotem vestram dare, soluere, tra- ^{/13} dere et restituere, statim, videlicet, et in continentis, cum locus restituzione et solucione dotis affuerit, sine omni, videlicet, dilatione, excepcione et excusacione vestri vestrorumque missione et interesse. Et, pro hiis complendis et attendendis, tenendis et firmiter obseruandis, obligo vobis et vestris omnia ^{/14} bona mea iam dicta; saluo, tamen, semper, in predictis, iure et dominio dictorum dominorum. Et, si contingit me vobis premori, non liceat alicui heredi vel successori meo vos vel vestros eicere seu expellere a dicto ospitio meo neque ab aliis bonis meis, quoisque vobis et vestris ^{/15} primitus satisfactum fuerit, in tota dicta dote vestre et augmentatione. Fructus, vero, quos interim receperitis non computentur neque sorciantur vobis vel vestris in sortem seu solutionem dicte dotis vestre et augmenti neque alicuius partis eorundem. Ego, enim, de ipsis fructibus, vobis et vestris donacionem ^{/16} facio inter viuos, pro onere matrimonii sustinendo. Ad hec, ego, dicta Ffrancisca, laudans, approbans, ratificans et confirmans omnia et singula supradicta et eisdem expresse consentiens, conuenio et promitto vobis, dicto Bernardo Mascharo, auunculo meo, quod contra predicta vel ^{/17} aliqua de predictis nunquam veniam. Renuncians, quantum ad hec, omni iuri, rationi et consuetudini contra hec repugnantibus. Ad hec, nos, dicti Bartholomeus Ferrarii et Margarita, eius vxor, laudantes, approbantes, ratificantes et confirmantes omnia et singula ^{/18} supradicta et eisdem expresse consentientes, conuenimus et promittimus vobis, dicta Ffrancisce, quod contra predicta aut aliqua de predictis nunquam veniemus neque venire permittemus, per aliquam interpositam personam, ratione alicuius retencionis, per me, dictum Bartholomeum ^{/19} Ferrarii, facte, et donacione, per me modo facta, memorato Petro Ferrarii, filio [meo, nomine, vero, dict]a Margarita, ratione dotis et [...] eorum, qu[.]m ego habeo, in et super bonis dicti Bartholomei vni[...] im [...] omn[.] et sin[...]cionis dotis ves[...]mus vos ^{/20} et vestros esse iure pociores et tempore priores ante [n]os. Renunciantes, quantum ad hec, omni iuri, rationi et consuetudini contra hec repugnantibus. Et, ut predicta omnia et singula maiorem vim obtineant et maiori etiam gaudent firmitate, iuramus sponte ^{/21} in animas nostras, per Dominum Deum et eius sancta quatuor euangelia, manibus nostris et cuiuslibet nostrum corporaliter tacta, predicta omnia et singula attendere, completere, tenere et inviolabiliter obseruare et non contra facere vel venire, iure aliquo, causa vel etiam ratione. ^{/22} Hec, igitur, omnia et singula supradicta facimus, dicimus, paciscimur et promittimus nos, dicti superiorius nominati, per nos et omnes nostros, presentes atque futuros, in manu et posse notarii infrascripti, tanquam publice persone, pro nobis et nostris et pro personis omnibus et singulis, quarum ^{/23} interest et intererit, interesse potest et poterit, recipientis, paciscentis ac etiam legitime stipulantis.

Actum est hoc in villa Sancti Cucuphati Vallensis, octaua die aprilis, anno a Natuitate Domini millesimo CCCC^o duodecimo.

S+num Petri Ferrarii iam dicti, qui hec laudo et fir- ^{/24} mo.

Seminari permanent de Paleografia

S+num Ffrancisce, eius sponse, que predictis consentio [atque] laudo et firmo.

S+num Bartholomei Ferrarii, s+num Margarite, eius vxoris, predictorum, qui hec laudamus, firmamus et iuramus.

/²⁵ Testes huius rei sunt: Iohannes Fuster, Lludouicus Boscha, Galcerandus Badia et Anthonius Mulet, de villa /²⁶ Sancti Cucuphati Vallensis.

/²⁷ Ego, frater Guilelmus Caçany, beneficiatus dicti monasterii, hec firmo. Ego, frater *Miquel* de Rayadello, prepositus maior monasterii Sancti Cucuphati, ratione dominii et saluo iure prepositure, firmo.

/²⁸ Sig(signe)num Iacobi de Mittibe, presbiteri, notari publici ville Sancti Cucuphati Vallensis et castri de Octouiano, pro Petro de Sanahugia, notario publico eorundem, auctoritate reuerendi domini abbatis monasterii Sancti Cucuphati, qui hec scripsit et clausit, cum /²⁹ litteris rasis et emendatis in linea X^a, vbi emendatur: *vestris*.

9

1412, novembre, 21

Pere Ferrer, fill de Bartomeu Ferrer, trager, de Sant Cugat del Vllès, atorga àpoca per haver rebut de Bernat Mascaró, de la parròquia de Sant Joan Samora, les vint-i-cinc lliures, que li havien estat promeses, en concepte de dot i aixovar; en temps de noces de Pere Ferrer amb Francesca, neboda de Bernat Mascaró (v. doc. 8).

A Original: APSCV, doc. 9. Pergamí, 218 x 259 mm.

Estat de conservació regular. Foradat.

*Not. dors.: Pro Bernardo Mascaró tenetur. Apoca de [...] sous feta per Pere Ferrerii a Bernat Mascharo [
.....]*

/¹ Sit omnibus notum quod ego, Petrus Ferrarii, filius Bartolomei Ferrarii, mulionis, de villa Sancti Cucuphati Vallensis, confiteor et recognosco vobis, Bernardo Masca- /² ro, de parrochia Sancti Iohannis Sa Mora, diocesis Barchinonensis, quod soluistis et numerando tradidistis michi, ad meam voluntatem et mandatum, omnes illas viginti quinque libras /³ monete Barchinonensis de terno, quas michi soluere et dare promisistis, pro dote et axouario domine Ffrancisce, vxoris mee nepotisque vestre, siue *naboda*, tempore nupciarum mearum /⁴ et suarum, prout in instrumento debitorio, per vos, ratione predicta, michi facto, quod cum presenti pro cancellato et annullato haberi volo, laciis continetur. Et, ideo, renunciando /⁵ excepcioni peccunie non habite et non recepte et per vos michi non tradite et non solute, preuia ratione, facio vobis et vestris, de dictis viginti quinque libris, presentem apo- /⁶ cham de soluto, solempni stipulacione vallatam.

[Actum est hoc in] vill[a Sancti Cucuphati Vallensis], die XXI^a die nouembris, anno a Natuitate Domini millesimo quadrin- /⁷ gentesimo duodecimo.

S+num Petri Ferrarii, [predicti, q]ui hec laudo et firmo.

/⁸ Testes huius rei sunt: discretus Petrus Solerii, notarius publicus, Iohannes Fuster, de villa Sancti Cucuphati Vallensis.

/⁹ Sig(signe)num Iacobi de Mittibe, presbiteri, notarii publici ville Sancti Cucuphati Vallensis et castri de Octouiano, pro Petro de Sanahugia, notario publico eorundem, auctoritate reuerendi domini abbatis monasterii Sancti Cucuphati, qui hec scripsit et clausit.

10

1420, maig, 3

Bernat de Corts, de Barcelona, fent estada a la parròquia de Sant Vicenç de Sarrià, atorga als fills nascuts de la seva difunta primera muller Margarida, Tomàs, Francesc i Clara, muller del notari de Barcelona Bartomeu Guamir, la donació de tres morabatins alfonsins d'or, extrets dels dotze que, al canvi de nou sous per morabatí, reben, cada festa de Santa Maria del mes de març, el propi donador conjuntament amb dona Sibilia, muller del difunt Joan Fonoll, de Barcelona, llicenciat en lleis, i també amb Bernat Vidal, de la parròquia de Sant Vicenç de Sarrià, sobre una casa, que, sota domini de la pabordia del mes de novembre de la canònica de Barcelona, el fuster Jaume de Vilaseca posseeix a Barcelona, a tocar de la platja, davant d'una font i molt a prop de les voltes anomenades « de'n Guayta ».

A Original: APSCV, doc. 10. Pergamí, 234 x 573 mm.

Estat de conservació excel·lent. Not. dors.: ...del cens de la casa de la font al ...

Angel. Donatio de vn cens de tres morabatins y de altre tambe (també) de altres
tres morabatins feta per Bernat Corts á favor de Thomas, Francisco y Clara sos fils.*

(Nota del transcriptor: sorprèn aquesta discordança amb el text del document).*

/¹ In Dei nomine. Nouerint vniuersi quod ego, Bernardus de Curtibus, ciuis Barchinone, comorans in parrochia Sancti Vincentii de Serriano, gratis et ex certa sciencia, dono et, ex causa donacionis, concedo vobis, dilectis et karissimis Tome de Curtibus, Ffrancisco de Curtibus et domine Clare, vxori discreti Bartholomei /² Guamir, notarii, ciuis Barchinone, filiusque communibus michi et domine Margarite, quondam, prime vxori mee, et vestris et quibus volueritis, perpetuo, pura, perfecta et irrevocabili donacione inter uiuos, totum ipsum censuale trium morabatinorum bonorum Alfonsinorum auri fini et ponderis recti et /³ totum dominium, firmam et faticam eorundem, ex illis duodecim morabatinis, quos ego et domina Sibilia, vxor Iohannis Fonoll, quondam, in legibus licenciati, ciuis Barchinone, et Bernardus Vitalis, parrochie Sancti Vincentii de Serriano, certis quippe titulis, recipio et recipiunt ac recipere debeo /⁴ et debent ac consueui et consueuerunt, anno quolibet, in festo Beate Marie mensis marci, ad rationem nouem solidorum monete Barchinonensis de terno, pro quolibet morabatino, in et super quodam hospitio siue domibus, cum [... ...], introhitibus, exitibus, iuribus et pertinenciis suis vniuersis, quod seu quas /⁵ Iacobus de Vilasecha, fusterius, ciuis Barchinone, habet et possidet in ciuitate Barchinone, iuxta littus maris, coram fonte, qui ibi est, et satis prope voltas vocatas *de-n Guayta*. Et tenet per me et per dictos dominam Sibiliam, vxorem dicti venerabilis Iohannis Fonoll, et Bernardum Vitalis, communiter et /⁶ pro indiuiso, qui hec teneo et tenent per heredes seu successores Iacobi Ricardi, quondam, ciuis Barchinone, sub dominio, videlicet, et alodio prepositure mensis nouembris canonice Barchinone. Item, eadem donacione, dono et, ex causa donacionis, concedo vobis, dictis filiis et filie meis, et vestris et quibus volueritis, /⁷ perpetuo, totum ius et quicquid et quantum iuris et actionis michi competit, in illis tribus morabatinis censualibus, cum eorum dominio, firma et fatica, quos domina Angelina, quondam, que fuit vxor Poncii Voltadera, sartoris, ciuis Barchinone, sororque dicte, quondam, vxor mee matrisque /⁸ vestre, ibidem in et super dicto hospicio siue domibus dicti Iacobi de Vilasecha, recipiebat, anno quolibet, in dicto festo Beate Marie mensis marci, ad dictam rationem nouem solidorum pro quolibet eorum. Et terminatur dictum hospicium siue domos, super quo siue quibus dictum censuale percipitur: /⁹ ab oriente, coram fonte, qui ibi est; a meridie, in tenedone Iohannis Pou, fusterii; ab occidente, in tenedone Iacobi Stephani, mercatoris; et, a circio, in tenedone Bernardi Fabre, [... ...], botiguerii; ciuim Barchinone. Hanc, itaque, donacionem et, ex causa donacionis, concessionem facio ego, dictus Ber- /¹⁰ nardus de Curtibus, vobis, dictis Tome, Ffrancisco et Clare, filiis meis, et vestris et quibus volueritis, perpetuo, de predictis omnibus et singulis, sicut melius

dici et intelligi potest, ad vestrum vestrorumque saluamentum et bonum eciam intellectum. Et extraho predicta, que vobis dono, de iure, dominio /¹¹ et posse mei et meorum. Eademque omnia et singula in vestrum vestrorumque ius, dominium et posse mitto et transero, irreuocabiliter, pleno iure, ad habendum et tenendum atque in sana pace, perpetuo, possidendum et ad faciendum inde vestras in omnibus libere voluntates, sine contradiccione /¹² et impedimento mei et meorum et alterius cuiuscumque persone. Et promitto vobis tradere, vobis et cui volueritis, loco vestri, possessionem corporalem, seu quasi, predictorum, que vobis dono. Et, nichilominus, dono et concedo vobis plenum posse quod, vestra propria auctoritate et sine fatica et requisitione /¹³ mei et meorum et alterius cuiuscumque persone, possitis ipsam possessionem libere aprehendere et, aprehensam penes vos, liceat retinere. Ego, enim, interim constituo me predicta, que vobis dono, pro vobis et vestro nomine, possidere, seu quasi, donec dictam aprehenderitis possessionem, vel ego eam /¹⁴ vobis tradidero. Preterea, ex causa huiusmodi donationis et alias, do, cedo et mando vobis et vestris et quibus volueritis, perpetuo, ac etiam in vos et vestros transfero omnia iura et loca mea omnesque voces, vices et acciones meas, reales et personales, mixtas, viles et directas, ordina- /¹⁵ rias et extraordinarias ac alias quascumque, que michi competunt et competere possunt ac debent, in predictis, que vobis dono, et contra quascumque personas et res, ratione et occasione eorum. Quibus iuribus et actionibus predictis possitis vos et vestri et quos volueritis vti et experiri, [agendo], /¹⁶ scilicet, et respondendo, deffendendo, excipiendo, proponendo et replicando et omnia alia faciendo, in iudicio et extra iudicium, quecumque et quemadmodum ego facere poteram, ante huiusmodi donationem et iurum cessionem, et possem, nunc et etiam postea quandcumque. [Et ego], /¹⁷ enim, facio et constituo vos et vestros in hiis dominos et procuratores, in rem vestram et eorum propriam, vosque et eos in locum et ius meum pono et statuo, ad faciendum inde vestre libitum voluntatis. Dicens et mandans, tenore presentis publici instrumenti, vicem epistule in se gerentis [dicti] /¹⁸ Iacobi de Vilasecha ac aliis quibuscumque personis, que ad prestationem seuolucionem dictorum trium morabatinorum teneantur, quibus, cum hoc eodem, presentem notifico donacionem, quarum vos habeant et teneant pro vestris dominis ipsius censuales predictorum trium morabatinorum /¹⁹ vobis[que et alteri] respondeant et satisfaciant, annis singulis, dicto termino siue festo, prout, videlicet, michi de iis omnibus respondere et satisfacere tenebatur vosque et vestri possitis ipsum Ffranciscum Vilasecha, ad hec compellere et distingere quibuscumque modis et /²⁰ compellationibus ego poteram a me presentem donacionem et iurum cessionem. Insuper, conuenio et promitto vobis, dictis filiis et filie meis, necnon sponte iuro, per Dominum Deum et eius sancta quatuor euangelia, manibus meis corporaliter tacta, quod predictam donacionem et omnia alia et /²¹ singula supradicta ratam, gratam et firmam rataque, grata et firma habebo, tenebo et obseruabo, perpetuo, quodque eandem donacionem non reuocabo nec contra predicta vel aliqua de eisdem non faciam vel veniam, ratione ingratitudinis nec ex quacumque alia ratione, iure seu causa. /²² Renuntians, quantum ad hec, ex certa sciencia, cuilibet legi siue iuri dicenti: *Donationem posse reuocari vel irritam fieri propter ingratitudinem, inopiam vel ofensam vel aliam quamuis causam;* et omni alii iuri, rationi et consuetudini contra hec repugnantibus. Premissa, igitur, /²³ omnia et singula facio, pacis, conuenio et promitto ego, dictus Bernardus de Curtibus, vobis, dictis filiis meis, et vestris necnon et notario infrascripto, tanquam publice persone, pro vobis et vestris ac pro aliis etiam personis omnibus, quarum interest et intererit, recipienti et pacienti ac etiam /²⁴ legitime stipulanti.

Actum est hoc in parrochia Sancti Vincencii de Serriano, tercia die madii, anno a Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo vicesimo.

S+num Bernardi de Curtibus, predicti, qui hec laudo, firmo te iuro.

/²⁵ Testes huius rei sunt: Arnaldus Martini, Bernardus Vitalis, parrochie Sancti Vincencii de Serriano, et discreti Berengarius Fonoll ac Bartholomeus Guamir, notariorum, ciues Barchinone.

/²⁶ Sig(signe)num Petri Maymor, regia auctoritate notariorum publici Barchinone. Qui hec scribi fecit et clausit. Cum litteris in raso positis in linea XVIII: *annis.*

1425, gener, 27

Jaume de Mítibe, canonge callerès, resident aleshores a Sant Cugat del Vallès, i Galceran Badia, boter, veí de Barcelona, elegits, en el seu testament, comissaris per Pere Vila, veí de Barcelona, venen a Pere Ferrer, trager, veí de Sant Cugat, un camp o peça de terra, anomenada « Lo Camp del Pont del Sollador », situada a la parròquia de Sant Pere d'Octavià, al lloc anomenat « Lo Pont del Sollador », sota domini de la pabordia major del monestir de Sant Cugat. El preu és de 100 sous i es fa constar que la venda s'ha gestionat pel procediment de concurs o subhasta pública al millor postor, encarregada a Guillem Oliver, corredor públic de Sant Cugat, el qual declara que l'ha tingut exposada al públic, no només els 30 dies de costum a Sant Cugat, sinó fins a més de 40 dies.

A Original: APCSV, doc. 11. Pergamí, 433 x 513

Estat de conservació regular. Parcialment cremat per les vores i amb petits forats.

^{1/} In Dei nomine. Nouerint vniuersi quod nos, Iacobus de Mittibe, presbiter, canonicus Callaritanus, nunc residens in villa Sancti Cucuphatis Vallensis, et Galcerandus Badia, boterius, ciuiis Barchinone, comissarii ad hec specialiter electi a Petro Vila, [moratore et ciue] Barchinone, prout ^{1/2} in eius vltimo testamento, quod fecit et ordinavit, in posse discreti Iohannis Franch, auctoritate regia notarii publici Barchinone, sub calendario decimoctaui diei mensis martii, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo vice-simo secundo, laciis continetur, sub illa clausula, ^{1/3} que incipit: *Vlterius, volens et cupiens etc.; idcirco, gratis et ex certa sciencia, nomine et auctoritate quibus supra, per omnes heredes et successores dicti defuncti quoscumque, presentes atque futuros, vendimus titulo et, ex causa vendicionis, concedimus vobis, Petro Ferrarii, mulioni, de dicta ^{1/4} villa Sancti Cucuphatis Vallensis, et vestris et quibus velitis, perpetuo, quoddam campum siue peciam terre, voc^{<at>}am *Lo Camp del Pont del Soyador*, quod dictus deffunctus, dum viuebat, habebat, tenebat et possidebat, et nos, eius nomine, nunc habemus, tenemus et possidemus in parro- ^{1/5} chia Sancti Petri de Octouiano et in loco vocato *Lo Pont del Soyador*. Et tenetur per capellam Beate Marie, constructam in ecclesia monasterii Sancti Cucuphatis Vallensis, ad censum vnius quarterie frumenti boni, nitidi et receptibilis, ad rectam mensuram veterem dicte ville Sancti ^{1/6} Cucuphatis Vallensis, et per eius rectorem, eius nomine, sub dominio et alodo maioris prepositure iam dicti monasterii et eius prepositi. Et terminatur: ab oriente, cum ipso torrente vocato *Del Soyador*; a meridie, cum honore Michaelis de Ricomam, quodam camino mediante; ab occidente et a circio, ^{1/7} cum camino, quo itur de dicta villa Sancti Cucuphatis apud parrochiam de Valldaureix et ad alia loca. Hanc, autem, vendicionem facimus nos, dicti comissarii, nominibus quibus supra, vobis, dicto Petro Ferrarii, et vestris et quibus velitis, perpetuo, [de pre]dictis omnibus ^{1/8} et singulis. Sicud melius dici, cogitari et intelligi potest, ad vestrum vestrorumque saluamentum, bonum et sanum intellectum. Extrahentes predicta omnia et singula, que, nominibus quibus supra, vobis et vestris supra vendimus, de posse, iure et dominio nostri et nostrorum [dictorum] ^{1/9} herendum et successorum eademque omnia et singula supradicta in vestrum vestrorumque ius, dominium et posse mittimus irreuocabiliter et transferimus, pleno iure, inducens vos et vestros, de predictis omnibus et singulis, in plenam et corporalem possessionem, seu quasi, ad habendum ^{1/10} et tenuendum, omnique tempore, in sana pace, perpetuo, possidendum et ad faciendum inde vestre libitum voluntatis. Preterea, ex causa huius vendicionis, damus, cedimus et mandamus, nominibus quibus supra, vobis et vestris et quibus velitis, perpetuo, omnia loca nostra et dicti deffuncti ^{1/11} iura vocesque, acciones, et reales et personales, vtiles et directas siue eciam mixtas, ordinarias et extraordinarias et omnes alias quascumque, nominibus quibus supra, nobis pertinentes et pertinencia, competentes vel competencia expectantes et expectancia, ^{1/12} pertinere debentes et debencia, in predictis omnibus et singulis, que vobis et vestris supra vendimus et concedimus et contra quascumque pesonas et res, ratione et occasione eorum. Quibus locis, iuribus, vocibus et actionibus et dicti deffuncti predictis, possitis vos et vestri et quos ^{1/13} volueritis, perpetuo, vti, agere et experiri, agendo, videli-*

cet, defendendo, excipiendo, proponendo, replicando, dupplicando et triplicando et omnia alia et singula faciendo, in iudicio et extra iudicium, in curia et extra curiam, quecumque et quemadmodum nos, nominibus quibus /¹⁴ supra, facere possemus, ante presentem vendicionem et iurium cessionem, et possemus, nunc et eciam postea quandocumque, suo casu. Nos, enim, nominibus quibus supra, constituimus et ordinamus vos et vestros in hiis dominos et procuratores, vt in rem vestram propriam, ad faciendas /¹⁵ inde vestras in omnibus libere voluntates, sine obstaculo, contradiccione et impedimento mei et meorum et alterius cuiuscumque persone. Saluo, tamen, semper, in predictis, censu iam dicto dicte vnius quarterie frumenti dicto altari et eius rectori. /¹⁶ Quam quarteriam frumenti vos et vestri successores, in dicta pecia terre, teneamini aportare in cellarium Sancte Marie, intus dictum Monasterium. Et, soluo (*sic! pro* saluo) etiam semper, in predictis, iure et dominio, firma et faticha triginta dierum, dicte maiori /¹⁷ prepositure et eius venerabili preposito, eius nomine. Pro precio, vero, predictorum, que vobis et vestris, nomine quo supra, vendimus, habuimus et recepimus a vobis et confitemur nos a vobis habuisse et recepisse centum solidos monete Barchinonensis de terno. Et, ideo, /¹⁸ renunciantes excepcioni peccunie non numerate et precii iam dicti non habiti et non recepti et doli mali et accioni in factum et legi, qua subuenitur deceptis vltra dimidiam iusti precii, et omni alii iuri, rationi et consuetudini contra hec repugnantibus. /¹⁹ Dantes et remittentes vobis et vestris, donacione pura, perfecta et irreuocabili inter viuos, si quid predicta, que vobis et vestris, nominibus quibus supra, vendimus, plus modo valent vel a modo valebunt precio ante dicto. Pro euiccione, autem, /²⁰ huiusmodi [vendicionis] et omnibus dampnis, missionibus et interesse, si quas vel si que vos vel vestri feceritis aut sustinueritis quoquomodo, pro predictis ducendis, tractandis siue examinandis littibus siue causis, si que vobis vel vestris /²¹ [...] [...] ab [...] [...] o, in predictis vobis venditis vel aliqua eorum parte aut ratione vel occasione eorum, obligamus vobis et vestris omnia bona dicte comissionis, mobilia et inmobilia, habita et habenda. Bona, autem, nostra propria non /²² sint vobis vel vestris, pro predictis, in aliquo obligata nec eciam teneamur, nomine nostro proprio, de euiccione predictorum vobis venditorum nec ad precii restitucionem nec ad aliiquid interesse. Preterea, confitemur et recognoscimus vobis, dicto emptori, /²³ quod predicta, que vobis vendimus, fuerunt, de mandato nostro, exposita venalia palam et publice, per dictam villam Sancti Cucuphati Vallensis, per Guilelmum Oliuerii, cursorem publicum iam dicte ville. Et, cum nullus alias emptor /²⁴ seu emptores ad eum accesserint, qui tantum precium obtulerint se in predictis dature et soliture, ideo, vobis, tanquam plus offerenti, vendicionem predictam fecimus precio supra dicto. Ad hec, ego, Guilelmus Oliuerii, cursor predictus pu- /²⁵ blicus et iuratus dicte ville, confiteor et recognosco vobis, dicto Petro Ferrarii, emptori predicto, quod predicta, que vobis sunt supra vendita, fuerunt, de mandato dictorum comissariorum, per me palam et publice subastata /²⁶ nedum per triginta dies, vt est moris in dicta villa, imo, per quadraginta et amplius; ideo, vobis, tanquam plus offerenti, vendicionem predictam iniui precio ante dicto. Hec, igitur, omnia et singula supra dicta, prout dicta sunt /²⁷ superius et expressata, facimus, dicimus, paciscimur et promittimus nos, dicti superius nominati, nominibus quibus supra, per nos et nostros et per omnes heredes et successores dicti defuncti, vobis, dicto emptori, et vestris et notario infrascripto, tanquam publice /²⁸ persone, pro vobis et vestris et pro personis omnibus et singulis, quarum interest et intererit, interesse potest et poterit, recipienti, paciscenti ac eciam legitime stipulant.

Actum est hoc in villa Sancti Cucuphati Vallensis, decima septima /²⁹ die ianuarii, anno a Natuitate Domini millesimo quadrigentesimo vicesimo quinto.

S+num Jacobi de Mitibe, s+num Galcerandi Badia, comissariorum iam dictorum, qui hec, nominibus predictis, laudamus et firmamus.

S+num /³⁰ Guilelmi Oliuerii, cursoris iam dicti, qui predictis consencio et ea laudo et firmo.

/³¹ Testes huius rei sunt: Bartholomeus Vestit, dicte ville, et Petrus Amoros, mundarius.

/³² Ego, frater Arnaldus Bartolomei, monacus monasterii Sancti Cucuphati et rector altaris Sancte Marie, saluo iure dicti altaris in omnibus, fermo.

/³³ Ego, frater Michael de Raiadello, prepositus maior monasterii Sancti Cucuphati, ratione domini et saluo iure prepositure in omnibus, fermo.

/³⁴ Sig(signe)num Iacobi de Mittibe, presbiteri, notarii publici ville Sancti Cucuphati Vallensis (Vallensis) et castri de Octouiano, auctoritate reuerendi domini abbatis monasteri Sancti Cucuphati, qui hec scripsit et clausit.

12

1431, juliol, 8

Francesca, filla de Pere Boter i de la seva muller difunta Margarida, de Sant Joan Samora, del terme del castell de Gelida, vídua de Pere Ferrer, trager, de Sant Cugat, reconeix haver rebut del seu marit actual, Bartomeu de Campderros, les 8 lliures de Barcelona, compromeses documentalment en temps de noces, en concepte de dot i aixovar.

A Original: APSCV, doc. 12. Pergamí, 165 x 128 mm.

Estat de conservació excel·lent. Estripat per la part inferior. Not. dors.: Apocha firmada per Francisca Campderros de 8 lliurus [...] á Barthomeu Campderros á ella portades [...]

/1 Sit omnibus notum quod ego, Ffrancisca, filia Petri Boter, viuentis, et domine Margarite, eius vxoris, quondam, /2 de parrochia Sancti Iohannis Sa Mora, termini castri de Gilida, et que primo fui vxor Petri Ferrariai, /3 mulionis, de villa Sancti Cucuphati Vallensis, quondam, confiteor et recognosco vobis, Bartolomeo de [Camp]- /4 derros, nunc viro meo, quod in campus et aliis bonis vestris mobilibus et bene valentibus, inter nos [...] /5 soluistis et tradistis michi, ad meam voluntatem et mandatum, omnes illas octo libras, monete /6 Barchinonensis de terno, quas michi soluere, tradere et aportare promisistis, pro dote et axouario vestris, /7 tempore mearum et vestrarum nupciarum, prout in instrumento sponsalicio, per me vobis facto, in posse notarii infrascripti, /8 quod cum presenti confirmo, laciis continetur. Et, ideo, renunciando excepcioni pecunie predice non habite /9 et non recepte et per vos michi non tradite et non solute, preuia ratione, facio vobis et vestris, de dictis octo /10 libris et bonis bene valentibus, presentem apocham de soluto, sollempni stipulatione vallatam.

Actum /11 est hoc in villa Sancti Cucuphati Vallensis, octaua die iulii, anno a Natuitate Domini millesimo CCCC^o /12 tricesimo primo.

S+num Ffrancisce iam dicte, que hec laudo et firmo.

/13 Testes huius rei sunt: Anthonius Canals et Guilelmus Mascharo, faber, /14 de villa Sancti Cucuphati Vallensis.

/15 Sig(signe)num Iacobi de Mittibe, presbiteri, notarii publici ville Sancti Cucuphati Vallensis et castri de Octo- /16 uiano, auctoritate reuerendi domini abbatii monasterii Sancti Cucuphati, qui hec scripsit et clau- /17 sit.

13

1433, març, 1

Pere Folquer, comerciant, de Barcelona, fill i hereu del difunt Berenguer Folquer, reconeix haver rebut 76 sous barcelonesos de Barthomeu Campderròs, de Sant Cugat del Vallès, el qual, per via matrimonial, havia entrat en l'herència del difunt trager de Sant Cugat, Pere Ferrer (v. doc. 12). Aquests 76 sous eren una part de les 7

Seminari permanent de Paleografia

lliures de Barcelona, per les quals Pere Ferrer i son pare Bartomeu havien venut a la muller de Jaume Codina, dona Guilleumona, un censal mort de 10 sous. Aquest censal havia estat revenut posteriorment pels marmessors de dita « Jaumeta »* a Berenguer, pare de Pere Folquer, el qual declara que els 76 sous són de béns propis del pagador i no de l'herència esmentada, com havien pactat.*

**(Cal fer notar els diminutius femenins i l'aplicació sobre el nom del marit en el 2n cas)*

A Original: APSCV, doc. 13. Pergamí, 238 x 300 mm.

Estat de conservació bo.

/1 Sit omnibus \notum/ quod ego, Petrus Folquer, mercator, ciuius Barchinone, filius et heres vniuersalis Berengarii Folquerii, ciuiis dicte ciuitatis, quondam, confiteor et recognosco vobis, /2 Bartholomeo de Campderros, de villa Sancti Cucuphati Vallensis, qui matrimonialiter intrastis in hereditate Petri Ferrari, mulionis predicte ville, quondam, quod soluistis /3 et numerando tradidistis michi, voluntati mee, septuaginta et sex solidos monete Barchinonensis de terno, ex illis septem libris dicte monete, precio quarum dictus Petrus /4 Ferrari et Bartholomeus Ferrari, eius pater, quondam, vendiderant domine Guilelmone, vxori Iacobi Cudina, quondam, dicte ville, decem solidos, pretacte monete, de censuali /5 mortuo sive censuales annuales, rendales et perpetuales, anno quolibet soluendos in festo Sancte Marie mensis augusti. Postea, dicti decem solidi dicte pen- /6 sionis fuerunt reuenditi dicto Berengario Folquerii, patri meo, per manumissores vltimi testamenti dicte domine Iacobete, prout in instrumentis, inde factis, laciis continetur. Et, ideo, re- /7 nunciando excepcioni peccunie non habite et non recepte et per vos michi non tradite et non solute, facio vobis et vestris, de dictis septuagintam sex solidis, bo- /8 [num instrumentum] et perpetuum [...] de vterius non petendo et non agendo. Et [quia] consistit [veritatis] quod vos dictos septuaginta sex solidos soluistis michi de bonis /9 vestris propriis et non de bonis dicte hereditatis. Et quod in solucione huiusmodi, ante et post fuit actum et in pactum deductum, inter me et vos, quod vobis facerem cessionem /10 infrascriptam. Idcirco, sine aliqua euicione et bonorum meorum obligacione, do, cedo et mando vobis, dicto Bartholomeo de Campderros, et vestris et quibus velitis, /11 perpetuo, omnia iura omnesque acciones, reales et personales, vtiles et directas, ordinarias et extraordinarias et omnes alias quascumque que michi competunt, /12 competere possunt et debent contra seu aduersus dictos Petrum Ferrari et Bartholomeum Ferrari, quondam, et eorum heredes et successores et omnes alios inde /13 obligatos et eorum bona, ratione et occasione dictorum septuaginta sex solidorum. Quibus iuribus et actionibus supra dictis, possitis vos et vestri et quos volueritis, /14 perpetuo, vti et experiri, agendo, videlicet, respondendo, defendendo, excipiendo, proponendo et replicando, et dictos septuaginta sex solidos, predicto modo, /15 petendo et recuperando et habendo. Et omnia alia faciendo, in iudicio et extra iudicium, quecumque et quemadmodum ego facere possem, ante presentem iurum /16 \cessionem/, et possem, nunc et eciam postea quandocumque. Ego, enim, ponendo vos in dictos septuaginta sex solidos in locum et ius meum, facio /17 et constituo vos in eisdem dominum et procuratorem, vt in rem vestram propriam, ad faciendas inde vestras in omnibus libere voluntates. Et inde de ipsis apochas, fines, /18 absoluciones et cessiones faciendo et firmando, sine obstáculo, contradiccione et impedimento mei et meorum et alterius cuiuscumque persone. Insuper, conuenio et promitto vobis /19 necnon et notario infrascripto, tanquam publice persone, pro vobis et pro personis, quarum interest et intererit, recipienti et paciscenti ac eciam legittime stipulant, quod predictam /20 cessionem et omnia alia et singula supra dicta semper rata, grata et firma tenebo et obseruabo et in aliquo non contra faciam vel veniam aliquo iure, causa vel /21 eciam ratione.

Actum est hoc in villa Sancti Cucuphati Vallensis, prima die marci, anno a Natuitate Domini millesimo quadragesimo tricesimo tercio.

S+num /22 Petri Folquerii iam dicti, qui hec laudo et firmo.

/23 Testes huius rei sunt: Bartholomeus Sa Plana, de villa Sancti Cucuphati Vallensis, et Bartholomeus Calders, de parrochia /24 Sancti Cipriani de Valldauraex.

/25 Sig(signe)num Iacobi de Mittibe, presbiteri, notarii publici ville Sancti Cucuphati Vallensis et castri de Octouiano, pro discreto Iohanne del Postigo, notario publico eorumdem, auctoritate /26 reuerendi domini abbatis monasterii Sancti Cucuphati, qui hec scripsit et clausit; cum supraposito, in prima linea, vbi ponitur: notum, et, in linea XVI^a: *cessionem*.

14

1435, setembre, 20

Jaume de Mítibe, canonge callerès, resident aleshores a Sant Cugat del Vallès, juntament amb el boter de Barcelona, Galceran Badia, comissaris testamentaris del difunt Pere Vila, comerciant, de Barcelona, reconeix haver rebut, per imperatiu i imposició judicial, de Bartomeu de Campderròs, pagès introduït per via matrimonial a l'herència i béns del difunt traginer de Sant Cugat, Pere Ferrer (v. docs. 12 i 13), els 50 sous barcelonesos restants del pagament de 100 sous per part de dit Pere Ferrer o del seu hereu als dits comissaris per la venda que li havien fet d'una peça de terra campa, propietat de Pere Vila, situada força a prop del portal anomenat "De'n Vallina" i igualment força a prop del "Pont del Sollador", a Sant Cugat del Vallès (v. doc. 11).

A Original: APSCV, doc. 14. Pergamí, 305 x 279 mm.

Estat de conservació regular. Foradat i tacat.

/¹ Sit omnibus notum quod ego, Iacobus de Mittibe, presbiter, canonicus Callaritanus, nunc, vero, residens in villa Sancti Cucuphati Vallensis, /² comissarius vna cum Galcerando Badia, boterio, ciue Barchinone, vltimi testamenti Petri Vila, mercatoris, ciuis dicte ciuitatis, quondam, sub illa clausula /³ ipsius testamenti, que incipit: *Vlterius volo etc.*, confiteor et recognosco vobis, Bartholomeo de Campderros, agricultori, qui matrimonialiter intra- /⁴ stis in hereditate et bonis Petri Ferrarrii, mulionis, quondam, dicte ville, quod, vi et districtu curie, soluistis michi, ad meam voluntatem /⁵ et mandatum, omnes illos quinquaginta solidos, monete Barchinonensis de terno, restantes nobis, dictis comissariis, ad soluendum, /⁶ per dictum Petrum Ferrarrii vel per eius heredem, ex illis centum solidis, dicte monete, quorum precio illi vendidimus /⁷ quondam peciam terre campam, cum omnibus eius iuribus et pertinenciis, quam dictus Petrus Vila, dum viuebat, habe- /⁸ bat, tenebat et possidebat, satis prope portale vocato *De-n Vallin[a]* et satis prope *Lo Pont del Soyador*, dicte ville. /⁹ Et, ideo, renunciando excepcioni peccunie non habite et recepte et per vos michi non tradite et non solute, preuia /¹⁰ dacione, facio vobis et vestris, de dictis quinquaginta solidis, presentem apocham de soluto et bonum et /¹¹ generalem finem de vltierius non petendo. Et quia, in solucione huiusmodi, ante et post fuit (fuit) actum et in pactum de- /¹² ductum inter me et vos, quod vobis facerem cessionem infrascriptam; idcirco, sine aliqua euiccione et bonorum meorum obli- /¹³ gacione, do, cedo et mando vobis, dicto Bartholomeo de Campderros, et vestris et quibus velitis, omnia iura /¹⁴ omnesque acciones, reales et personales, vtiles et directas, ordinarias et extraordinarias et alias quascumque, que michi /¹⁵ competunt et competere possunt et debent, contra seu aduersus dictum Petrum Ferrarrii et eius heredem et bona eius- /¹⁶ dem, ratione et occasione dictorum quinquaginta solidorum. Quibus iuribus et actionibus supra dictis possitis vos et vestri et /¹⁷ quos volueritis vti et experiri, agendo, scilicet, respondendo, deffendendo, excipiendo, proponendo et replicando /¹⁸ dictosque quinquaginta solidos, predicto modo, petendo, recuperando et habendo. Et, de ipsis, apochas, fines, /¹⁹ absoluciones, diffiniciones et cessiones faciendo et firmando. Et omnia alia faciendo, in iudicio et extra iudicium, /²⁰ quecumque et quemadmodum ego facere poteram, ante presentem iurium cessionem, et possem, nunc et eciam postea quan- /²¹ documque, suo casu. Ego, enim, ponendo vos en locum et ius meum, facio et constituo vos, in eisdem, dominum /²² et procuratorem, vt in rem vestram propriam, ad faciendum inde vestras voluntates.

